



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Fvlco Vtenhovivs Gandai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

FVLCO VTENHOVIVS

Gandavi.

Vir integræ conuersationis fuit, Canonicus insulensis Gandavi natus, maximaque ex parte auctor Hospitalis illius, quod Biloka nominatur, ei ante obitum Dei para apparuit. Vide plura apud Cantipratanum in libro Apum, sepultus est in eodem Hospitali à se Gandavi excitato, quod ante nuperam iconoclastiam monumentum adhuc visum, nunc hæreticorum furore, & veteris templi excidio oblitteratum est.

GRIMBALDVS ABBAS

Tornacensis.

Natus est Tornaci Neruiorum, vel vt alij volunt, Te. 8. Iulij. Rouanæ Morinorum. Grandior factus monachis Benedictinis Audomaropoli ad S. Bertinum se adiunxit. In Angliam profectus, ab Alfredo West-Saxonum Rege Wintoniæ in nouo monasterio Hidenfi Abbas est constitutus; vbi & obiit. Vitam eius scripsit Gotzelinus monachus Bertiniensis à S. Anselmo Archiepiscopo Cantuariam ad S. Augustini cœnobium euocatus: quo in loco non solum Grimaldi, sed & vitas SS. Augustini, Laurentij, Suithuni, Erkenwaldi, Inonis, Eadgitæ Milburgæ & Witeburgæ descripsit.

GVAL